



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

279. Sabbato. Quomodo B. Virgo excelluerit in his virtutibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

496 *Sabbato Domin. 15. post Pentecost.*
meum ob hanc virtutem mihi datum in
exemplum. Erubescam, quod nec majoribus
honorem, nec æqualibus obsequia, nec mi-
noribus exemplum tribuo. Petam me e-
mendare.

MEDITATIO CCLXXIX.
Sabbato Domin. 15. post Pentecost.
Quomodo B. Virgo excelluerit in
his virtutibus.

Aspiciam B. Virginem fiducia, fortitudine,
gaudio spiritûs, gratitudine, humilitate,
iustitia, quasi quoddam cœlum stellis exor-
natum. Petam Dominae meae esse similior.
Conf. 1. B. virginem ornata m fiducia, in
petitione potûs in nuptijs. Fortitudine, quã
Richard. cap. 76. in Cant. vocat: Mulierem
fortem. S. Bernard. serm. 3. sup. Salv. Regim.
Omnibus firmamentis firmius firmamentum.
Plenam gaudio spiritûs, quam Joann. Geo-
metra Hymn. 3. de B. Virg. appellat apicem
gaudij. S. Germanus de Nativ. B. Virg. Gau-
dium commune mundi; Andreas Cretensis in
Annunt. Genitricem immensi gaudij, & aucto-
ris letitie Damascenus orac. 2. de Assumpt.
Obliteratricem unicum mœroris. Plenam gra-
titudine, ut patet in Cantico Magnificat,
Plenam humilitate, juxta illud S. Bernardi.
serm. 1. super missus. Si MARIA humilis non
fuisse,

Dominica 16. post Pentecosten. 497

fuisse, super eam Spiritus sanctus non quiescisset.
S. Ephrem. serm. de laud B. Virg. eam, ait,
esse *Lilium convallium*. Plenam iustitiam: Quia
MARIAM tanquam mundum specialissimum
sibi condidit DEVS, quem iustitia & sanctitate
fundavit, ita D. Bernardus supra.

Conf. 2. Quantum distem ab his virtutibus.
Gratulabor Virgini earum perfectionem,
dolebo me, tam dissimilem filium Matri.
Renovabo proposita hebdomadae, & gra-
tiam ea exequendi postulabo.

MEDITATIO CCLXXX.

Dominica 16. post Pentecosten.

De Liberalitate.

Aspiciam D. JESVM liberalissimum, &
in multiplicatione panum, & in muta-
tione aquae in vinum; iussit enim hydrias
impleri ad summum, & in effusione sanguinis
liberali. Petam ejus fieri particeps.

Conf. 1. Liberalitas est Virtus, quae ap-
petitum bonorum utilium moderatur, eae-
que alacriter in propriam ac proximorum
utilitatem, & pro honore Dei alijs elargitur.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Exemplum Dei,
qui dat omnibus affluenter, & nemini im-
properat. 2. Dispensatores sumus juxta Dei
voluntatem, distributiones a nobis facien-
da. 3. Divitiae, & dona temporalia sunt ta-
lentia,